



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Petri Venerabilis Abbatis Cluniacensis; Illvstrivm
Miracvlorvm Libri II**

Petrus <Cluny, Abt>

Coloniæ, 1611

VI. Quomodo ad monasticam vita[m] aspirans ecclesiasticos honores
dimiserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64969](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64969)

*Quomodo ad monasticam vitam affi-
rans, Ecclesiasticos honores di-
miserit.*

CAPVT VI.

IND E actum est, vt diuinus ignis, pe-
ctoris eius de scintilla exortus, in flā-
mas prorumpere gestiret, & non iam
sub illo Canonicali, immò penè seculari
ac fallaci tegmine, sed sub vero ac synce-
ro monachorum ordine, Deo seruire pro-
poneret. Videbat institutis illis clericorū
nihil propè religionis inesse, multa ibi si-
mulari, pauca in veritate geri: ambitione,
cupiditate, æmulatione cuncta intertur-
bari, & sub tonsura vel habitu clericali, re-
ctius mercenarios quam Canonicos pos-
se vocari. Hæc & his similia mortis gene-
ra in eis abhorrens, & velut de medio Ba-
bylonis iuxta vocem Prophetæ fugere
quærens, adit Episcopum, & familiare si-
bi colloquium ab eo indulgeri rogat.
Quo impetrato denudat quidem ex par-
te animi secreta, sed ex maiore, sub silen-
tio tecta reseruat. Timebat enim, ne si
cuncta Episcopo se diligenti proderet, di-
lectione qua ei tenebatur obstrictus, eius
conatibus idem Episcopus contraireret. Et
nouerat quidem Episcopum omninò
virtu-

virtutum suarum desiderare profectum:
 sed velut membri alicuius à corpore di-
 uulsionem, eius à se timere discessum.
 Hac ego de causa quidquid de seculi ab-
 renunciatione proposuerat reticens, reli-
 qua pãdit, & se canonicales redditus mi-
 nus canonicè accepisse confirmat. Time-
 re se ne à patre diuite & seculari homine,
 precio vel prece indecenti, redditus ec-
 clesiastici, qui gratis dari & accipi debent,
 sibi prouisi fuerint, atque cum subsidio
 corporali, æternus interitus comparatus.
 Et nescisse quidem se tales contractus,
 neque accersitum fuisse ad huiusmodi
 commercia. Formidare se tamen sola fa-
 ma ad se perlata, ne solo nomine Chri-
 stianus dicatur, & rerum veritate Simo-
 nis discipulus approbetur. Debere patrẽ
 saluti filij prouidere & ne casu aliquo o-
 uis de numero gregis sibi crediti pereat,
 satagere. Et vt (inquit) finem dicendi fa-
 ciam, & quod hucusque in corde meo
 latuit, retegam, præbendas omnes, redi-
 tus Ecclesiasticos omnes, quocunque
 modo mihi datos in manum vestram
 refundo, & omnibus prorsus Ecclesiasti-
 cis, non spiritualibus sed corporalibus,
 mihi hucusque collatis beneficijs, abren-
 untio. Hæc Episcopus à iuvene audiens,
 & innu-

& innumeros senes ac decrepitos multa animi deuotione eum exuperasse gaudens, in lachrymas est resolutus, eumque ne id faceret, & ne pro culpa incerta, ecclesiasticis beneficijs renunciaret, hortatus est. Non acquieuit ille, sed in incepto proposito constanter perseuerans, quod coeperat, perfecit. Renuncians ergo tali occasione Ecclesiasticis negotijs, immo cunctis secularibus causis, ab Episcopo ei valedicente, eumque ad alia sua negotia mittente, recessit, Nec diu meratus est, sed quod de sua æterna salute conceperat, adimplere celeriter properauit.

Quod propter celebrem religionis famam Cluniacum eligens, apud sanctum Martinum de Campis monachi habitum suscepit.

CAPVT VII.

COGITANS verò quo diuerteret, vel vbi conceptum religiosè viuendi propositum adimpleret, Cluniacū elegit. Audierat namque ab illo suo Rheimensi Archiepiscopo, & ante Episcopatus officium & post, Cluniacense monasterium prædicari. Audierat eū Cluniacensis ordinis modum & morem, multis laudibus extollentem; aduerterat eum Cluniacenses institutiones multis ac diuicis